



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CLXXVIII. De Expugnatione Castri Ramige.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## CAP. CLXXVIII.

### *De Expugnatione Castri Ramige.*

**A**rdua & quasi impossibilia humanæ naturæ homo confisus in Domino audet aggredi, quando ex certis indiciis & signis evidentibus sentit sibi Deum propitium. Unde frater Theodorus prædictus cum exercitu suo ad littus Memelæ oppositum accedens, castrum (a) Ramige eodem modo impugnavit, & licet in dicta impugnatione aliqui de suis vulnerati fuerant & occisi; tamen eodem die ipsum violenter obtinuit & destruxit, partim hominibus captis, aliis occisis.

### ANIMADVERSIO.

(a) Ranginte habet Jeroschinus.

## CAP. CLXIX.

### *De Destructione Castri Labegow.*

**C**um autem hæc ad aures Scalovitarum devenirent conturbata sunt omnia ossa eorum, & convenientes seniores populi concilium fecerunt in unum, quomodo se possent vindicare. Ordinaveruntque concorditer CCCC. viros præelectos ad bellum, qui navigio venientes ad Castrum fratrum (a) Labegowve improvisè in ortu diei quiescentibus adhuc hominibus in stratu suo ipsum expugnaverunt, occidentes in eo quicquid masculini sexus fuit, præter mulieres & parvulos, quos exusto prius Castro secum cum præda maxima deduxerunt.

### ANIMADVERSIO.

(a) Jeroschinus in inscriptione capitinis habet Lubisw/ sed postea Labegow